

4082 *in un travertino vicino a Tivoli.*

DIVI · F · AVGVSTI  
DCCCIII · P · CC

Anonymus in schedis Lupii cod. Vat. 9143 f. 83 (inde huius Corp. vol. VI n. 1250 a p. 270).

4083. 4084 cippi duo ex lapide Tiburtino. *Esistono nel loro posto antico vicino a Gallicano, l' uno nel sito chiamato le selle, l' altro all' Obrego dell' ermito ossia alla macchia dell' olmeto GARR. Quaesivi a. 1878 alterum cippum alla macchia dell' olmeto, nec tamen inveni; locum le selle ne incolae quidem Gallicani indicare mihi potuerunt.*

4083 IMP · CAESAR  
DVI · F · AVGVS T · EX · S · C  
a C L I X · P · C C X L

4084 IMP · CAESAR  
DVI · F · AVGUST · EX · S · C  
D C L X I X · P · C C X L

Garrucci *bull. dell' Inst.* 1861 p. 39 (inde huius Corp. vol. VI n. 1243 c d).

N. 4083 v. 3 dedi ut supplevit Garruccius; sed vide ne praestet supplere a C L I X.

Ad Anienem veterem rettulit cum edidit Garruccius, argumentis non adlati; res non certa est, ut monuit Lancianus *le acque* p. 44. 48; possis cogitare etiam de aqua Marcia.

Hos cippos positos omnes a Caesare Augusto inter annos ut probabile est 743, quo facta sunt senatus consulta de aquis (Frontin. c. 100—127), quorum unum harum inscriptionum versibus secundis vel tertii significatur, et 749, quo Augustus rivos aquarum omnium a se refectos esse scripsit in arcu a uae Marciae (Corp. VI, 1244), spectare certum est ad alteram utram ex duabus aquis, Marciam et Anienem (veterem), quippe quae solae aquarum ante Clodium imperantem Roman perductarum illam partem Latii tetigerint. Et habent ex his cippis bona pars (n. 4075—4078. 4081) inscriptum nomen Marciae, nonnullae (fortasse sola n. 4079, cum n. 4080 non satis certa nitatur auctoritate) nomen Anienis; n. 4074 Marciae esse ex loco ubi repertus est colligitur; n. 4082—4085 ad utram aquam pertinuerint, incertum est.

Sequuntur cippi miliarii viae Laurentinae duo n. 4086 et 4087; his adiunxi n. 4088, qui viae Tusculanae vel diverticuli a Labicana Tusculum ferentis creditur, quamvis suspectum. Reliquarum viarum quae intra fines veteris Latii desinebant, 'Ostiensis Tiburtinae Praenestinae Nomentanae, nulli extant cippi miliarii; item nullus extat viae Salariae ante tricesimum primum (huius Corp. vol. IX n. 5943. 5944) qui iam incidit in medios Sabinos. Labicanæ extat tertius (huius Corp. vol. X n. 6882), Latinae decimus ut videtur (vol. X n. 6881), Appiae extant quintus et septimus (vol. X n. 6816—6818); sed hi omnes proprius urbem Romam reperti sunt quam ut recipi debeant in hoc volumen; solus fortasse Latinae decimus incidit in territorium municipii Tusculanorum. Reperta est in ea regione, cuius titulos dedimus supra p. 356, sub Marano oppido, columna millaria trigesima octava pertinens ad viam Sublacensem (milibus numeratis ab urbe Roma); sed huius inscriptionem cum recensuerit Mommsen huius Corp. vol. IX n. 5971, hoc loco repetere nolui.

4086 percorrendo ieri la via, ora denominata di Decimo, dal casale della tenuta con eguale nome distinta . . . . . mi si fece conoscere, che alla distanza di circa mezzo miglio dal suddetto casale era stata rinvenuta una antica colonna migliaria. . . . non mancai di farla rialzare nel preciso luogo in cui fu rinvenuta CANINA. Extat adhuc eodem loco, in via Decimo Praticam, a dextra viae Praticam eunti, a Decimo aliquanto minus chilometro.

XI

TI · CAESAR · AVGVS TVS  
PONTIF · MAXIMVS  
TRIB · POT · XXXII a. 30|31

Descripti. Canina *bull. dell' Inst.* 1846 p. 120 (inde Henzen syll. n. 5146).

2 AVGST Canina, non recte. — 3 fin. videtur fuisse MAXIMVS, licet ultimae duae litterae vix agnoscantur; MAXIM Canina. — Post v. 4 lapis admodum corrosus est; ac fieri potest ut ibi scriptus fuerit versus quintus.

4088 fissionibus in vetere Tusculo institutis mense Sept. 1825 prodiisse columnam inscriptam numero XV, quam pro columna millaria habuit, narrat Biondi ms. (cod. bibl. Sap. 106 E) f. 87. 101' et act. acad. pontif. X p. 374; de eadem columna ut testis oculatus verba facit Nibby *anal.* 3 p. 295. 330; eandem delineavit Canina *Tusc. tab.* XIV cf. p. 82. 126 (locum ubi stetisse dicitur indicavit in ichnographia veteris Tusculi l. c. tab. VI). Exitisse igitur tam columnam (post Caninam nemini visam, nuper a me et a compluribus amicis frustra quaesitam) certum est. Verum fuisse eam columnam millariam et indicari ea numerum milium passuum inter Roman et Tusculum ego ut credam adduci non possum. Abest enim Tusculum a Roma multo minus quindecim milibus passuum (stadiis C sive mill. 12½ secundum Dionysium 10,20 et Josephum ant. 18,6,6). Operae pretium est videre Biondium Nibbyum Caninam intervallum quod intercedit inter Roman et Tusculum ad XV millaria variis flexibus extendentes. Nisi valde fallor, Biondus decipi se passus est columna recens nescio cuius rei significandae causa litteris XV inscripta.

4085 (Tibure) in aede divi Benedicti LEONC f. 3' MANC. — 'Ibidem' LEONC. f. 4, praecedunt n. 3682 et 3787, quarum huic et ipsi Leoncinius praescripsit 'ibidem', illam collocavit 'in domo Salviati Sancti Rubei privati civis'. (Duo exempla inscriptionis ita fractae Leoncinio visa esse non crediderim.) — Ad aquas Alburneas GRVT., male; cf. ad n. 3580.

*imp.* CAESAR  
*divi f.* AVGVSTVS · EX · S · C  
P · CCXL

Servavit Leoncini ms. f. 3' iterumque f. 4; inde pendet Mancini apud Metellum f. 345 et apud Pighium f. 3'; ex Mancinianis Manutius Vat. 5237 f. 422'; Grut. 187, 9 'ex Ursini schedis'. Huius Corp vol. VI n. 1243 g (p. 268).

Titulum fractum esse non traditur. — 3 CCXI Leonic. f. 3' (non f. 4).

4087 columna. Decimo nell' angolo del casale, aderente alla strada a sinistra NIBBY (a. 1823). Nunc iacet intus Decimi in cavaedio.

P F INVICTO  
AVG  
MIL XI

Descripti. Nibby *anal.* 4 p. 543 (inde Canina *bull. dell' Inst.* 1846 p. 121); Amati ms. Vat. 9742 f. 37' et in scheda non numerata.

1 F om., 3 II (pro MIL) Nibby, male. — Nibbyus tribuit Maxentio propter formam cippi et litteraturam non diversam, ut ait, a lapide millario Maxentii nunc Capitolino (olim collocato ad septimum lapidem nescio cuius viae, huius Corp. vol. X n. 6886), recte ut puto, cum etiam reliquae viae suburbanæ aevo labente a solo Maxentio millariis distinctae esse inveniantur (Corp. vol. X, 6846. 6881. 6882. 8306).